

urgente necessitate praesentibus declaramus, quod magister Gerhardus dictus de Foresto et magister Hinricus dictus de Kirchberch heresim reprobata[m] sectando utpote Novatiani, qui novam ecclesiam contra Cornelium verum antistitem erigere praesumebat, se ab excommunicationum sententiis in ipsos per nos auctoritate ordinaria latis, in elusionem pontificalis dignitatis in nostra synodo vicissim praesumptione dampnabili absolverunt, non attendentes, quod licet aliqui deum patrem eundem filium eundem spiritum sanctum nosse dicantur. Si tamen sacerdotii ministerium sibi usurpaverint, quod eis ex officio non competit, scismaticorum pravitatem hereticam non evadent. Cum igitur in praedictos eo, quod nostram synodum spretis monitionibus nostris turbaverunt et propter alias causas supradictas excommunicationis sententiam tulerimus iustitia requirente, petimus omni diligentia qua valemus, quatinus ipsos nobis compatiendo excommunicatos nuntietis et in vestra diocesi tamquam excommunicatos faciatis a Christi fidelibus artius evitari. Actum Misnae in publica synodo anno domini M^o. CC^o. LVII^o. V^o. Kal. Februarii pontificatus nostri anno XVII^o.

Nach einer gleichzeitigen Ausfertigung im K. Haupt-Staatsarchiv ohne Siegel.

No. 185. Zwischen 1240 und 1257.

Probst und Capitel zu Prag melden dem B. Conrad, dass sie zum Verhör in der Streitsache mit dem Domherrn Th. von Vylin am 29. Nov. in Meissen erscheinen werden.

Venerabili in Christo patri C. dei gratia [Misnensi]¹⁾ episcopo Th. praepositus, W. decanus totumque Pragensis ecclesiae capitulum suae possibilitatis obsequium cum reverentia et honore. Ad instantiam carissimi confratris nostri nobilis viri Th. de Vylin ad vestram praesentiam evocati de suo consensu speciali inter nos et ipsum vigiliam beati Andreae terminum accepimus, ut medio tempore cum illis personis, quarum interest tractatum habeamus, ut dictus Th. sine impedimento talium ius obtineat in praebenda vacante suo ordine succedendi. Quod si non fecerimus, quod nullatenus intendimus, in vigilia praedicta vestris aspectibus apparere curabimus in ecclesia maiori in Misna nostram innocentiam ostensuri. Ceterum non indignum sibi reputet vestra dominatio, quod hoc fecimus absque licentia speciali, propter fiduciam quam gerimus de plenitudine gratiarum.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden; das Siegel ist abhanden gekommen.

1) Schadhafte Stelle; das ergänzte Wort in eckigen Klammern.

No. 186. Zwischen 1251 und 1257.

Der Probst Salomon und der Prior H. des Augustiner-Chorherrenstifts zu Altenburg ermächtigen den B. Conrad die von ihnen als vom päbstl. Stuhl deputierten Richtern gegen den B. (Nikolaus) von Prag ausgesprochene Suspension, wenn auf dessen Nachsuchen Bedenken nicht entgegenstehen, aufzuheben.

Venerabili domino C. Misnensi episcopo S. dei gratia praepositus et H. prior in Aldenburche iudices a sede apostolica delegati orationum et obsequii devotionem. Auctoritate praesentium plenam vobis concedimus facultatem, ut suspensionis senten-